

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

De obligatione, quam Sacerdotes habent ministrandi Eucharistiam. 20

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

terint. Adde hoc priuilegium Religiosis concessum est, non ut ex obligacione illo vtantur, sed vt vtrantur eo pro suo arbitra-  
tu. Quoties autem sic est priuilegium concessum, non amittitur per non usum, ut latius praedicto loco dixi. Vide Vegam,  
Eman. Rodriguez & Fagund. loc. alleg.

5. Nihilominus praedictam sententiam probare non audeo,  
sicut nec audeo Fagund. de Euchar. dicto lib. 1. cap. 5. num. 16.

Suar. t. 4. de relig. tract. 10. lib. 9. c. 3. num. 6. Moneor, quia veri-  
simile non est extensionem factam à Pio IV. & V. admissam  
esse à Religiosis S. Hieronym. siquidem ea nunquam vñ sunt,  
& multo minus admissam esse à Religiosis aliorum ordinum,  
& de nostra Religione id manifestum est. Tum ex constit. 7.  
p. c. 4. 8. 5. in declarat. Tum ex compend. priuile. verbo Euchar.  
§. 2. Tum ex Bullis Pauli III. relatis, quibus omnibus com-  
munitatibus Paschalis excipitur, quia excepta non esset, si praedi-  
ctum priuilegium à nostris admissum esset, eoque uti posse-  
mus. Priuilegium autem ut vim habeat, acceptationem illius  
requirit, ut latè dixi tract. de legib. disp. 4. pan. 3. §. 2.

6. Verum Paul. III. in dicta Bulla anno 1549. videtur excep-  
tionem Paschalis communionis limitasse, ut non procedat  
si necessitas vrgear. Inquit enim Pontifex: facultatem con-  
cedimus Eucharistia sacramentum quounque anni tempore  
ministrandi, præterquam in festo Paschalis resurrectionis  
dominicae, & mortis articulo, nisi necessitas vrgear. Quia po-  
steriora verba existimant Suar. t. 4. de relig. tract. 10. lib. 9. cap. 3.  
num. 8. non solum intelligi de articulo mortis, sed etiam de  
festo Paschalis, ac proinde posse à Religiosis Societatis Iesu  
in festo Paschalis communionem præceptum suscipi, si ne-  
cessitas vrgear. Tunc autem (inquit Suar.) necessitas vrgabit,  
quando adiri non potest parochus, ut Eucharistiam mini-  
stre, vel licentiam concedat. Et idem effet dicendum, quan-  
do constaret malitiosè licentiam denegare. Tunc enim vrgit  
necessitas accipendi communionem à Religiosis. Probabilis  
est doctrina, sed contraria iis, quæ ipse Suar. docuerat t. 3. in  
3. p. disp. 72. sect. 2. circa finem. Quia ad communionem Pal-  
chalem fideles non astringuntur, nisi cum adest sacerdos, qui  
legitimè ministret, cessante ergo sacerdote, qui iurisdictionem  
nem habeat, Eucharistia non est obligatoria, ino nec neces-  
saria, tamè vtilis foret, si eo tempore recuperetur. Ergo ne-  
cessitas titulus in communione Paschali esse non potest, ac  
proinde ex hoc capite necessitas non poterit Religiosis  
Eucharistiam ministrare tempore paschalis, & ita docuit  
Valq. disput. 219. cap. 4. in fine. Fagund. de Eucharist. lib. 3. cap. 2.  
num. II.

7. Ex hac doctrina probabili Suar. videbatur aliqui dicen-  
dum vagos, peregrinos, & forenses, quique fixum domici-  
lium non habent, sive per communionem parochiam posse à Religiosis, quia videtur necessitas vrgere, cum non ha-  
beant parochum, quem adire debeant. Cæterum ob hanc ra-  
tionem nullatenus Religiosis facultas concedenda est, ut be-  
ne proba Suar. dicto t. 4. de relig. tract. 10. lib. 9. cap. 3. num. 8. 9.  
& 10. Nam vagorum parochus, quinquo & peregrinorum, &  
forensium ille est quod sacramentorum administrationem,  
qui fuerit illius parochia, in qua vagi, peregrini, & forenses  
commorantur. Ergo ad illum accedere possunt pro sacramen-  
torum administratione, ipseque eis sacramenta ministrare ten-  
etur. Ergo si huiusmodi parochus velit his vagis, peregrinis,  
& forensibus Eucharistiam ministrare, nulla erit necessi-  
tas accedendi ad religiosos. Ergo ex exceptione necessitatis  
Religiosi non habent facultatem his vagis, peregrinis, & fo-  
rensis Eucharistiam ministrandi. Verum ex eo quod supra-  
dicti stutum domicilium non habent vbi commorantur,  
possunt Religiosi eis Eucharistiam ministrare tempore Pas-  
chali, quia praediti parochi vptore non firmis, & stabilibus  
nulla videtur iniuria irrogata, si illis inconfutis Eucharistiam  
Religiosi vagis, & peregrinis ministrant. Atque ita sustinet,  
& optimè probat Thom. Sanchez. lib. 3. de matr. disp. 23. nu-  
mer. 17.

8. Secunda exceptio est de articulo mortis. Et quidem si  
in eo articulo velis sapienti communicare, cum ea repetita  
communio non ex obligatione, sed ex deuotione sit, sine  
dubio possunt tibi Religiosi Eucharistiam ministrare, quia  
illa communio effo sit in mortis articulo, id per accidentem  
est, cum iam obligationi illius feceris sat, ut bene notauit  
Suar. t. 4. de relig. tract. 10. lib. 9. cap. 3. num. 13. Nec tamen ob-  
inde infertur tibi agoranti, & ex deuotione communicant  
poss. Religiosi per vicos, & plateas deferre Eucharistiam,  
quia illa solemnis ministratio parochorum est propria. Suar.  
dicto cap. 3. num. 12. Quare exceptio solum intelligitur de  
communione in articulo mortis ex obligatione, quam Religiosi,  
& sacerdotiæ sacerulares facere non possunt, nisi periculum  
adsumt decedendi sine viatico, nisi ipsi ministrant. Nata stan-  
te ea necessitate omnibus sacerdotibus tam Religiosi, quam  
secularibus concessa est à iure in cap. quod in te, de penitent.  
& remiss. facultas Eucharistiam ministrandi. Nam esto  
praedictum caput solum loquamus de penitentia sacramen-  
to, omnes Doctores Eucharistiam per viaticum sumendam  
ad grauam illius necessitatem extendent. Adde, si ob peri-

cum mortis absente sacerdote est concessa facultas diaco-  
no ministrandi Eucharistiam, ut punct. 17. diximus : à for-  
tiori sacerdoti concessa erit. Et ita sustinent Suar. de Euchar.  
disp. 72. sect. 2. in fine & t. 4. de relig. tract. 10. lib. 9. cap. 3. à n. 11.  
Valq. disput. 219. cap. 4. in fine Henr. lib. 8. cap. 55. n. 1. Fagund. de  
Euchar. lib. 3. cap. 2. n. 20. Aegid. de Coninch. qu. 82. ar. 3. in fine  
num. 32.

9. Sed hinc oritur graue dubium, qualiter intelligantur  
verba Pauli I I I. concedentis Religiosis Societatis Iesu, ut  
possint Eucharistiam in articulo mortis ministrare, si necessi-  
tas vrgat, nam necessitate vrgente iuste communi omnibus  
sacerdotibus ea facultas concessa est, ut quid ergo Pontifex  
eam exceptionem fecit; cum nihil videantur ea verba ope-  
rari? Respondeo id factum esse ob maiorem securitatem.  
Etenim cum sint plures, grauesque Doctores negantes Eu-  
charistiam à Religiosis administrari posse in articulo mortis  
absque parochi speciali licentia, tametsi regtorus esset sine  
viatico decefflurus, uti docuerunt Sylvest. verbo excommuni-  
cacio 7. excommunicatio 14. num. 32. dub. 3. Nuart. cap. 21. num.  
52. Congru fuit eam exceptionem necessitatis vrgentis ex-  
primere, ut ea expressa omnis occasio dubitandi tolleretur. Sic  
Suar. t. 4. de relig. tract. 10. lib. 9. cap. 3. n. 15.

10. Tertia exceptio est prohibito Prælati. Si enim Præla-  
tus ob aliquam rationabilem causam (qua semper pre-  
sumenda est) Eucharistia sumptionem tibi abque eius faculta-  
tis speciali prohibeat, ne quis pro Eucharistia suscipienda  
ad Religiosi accedere, neque ipsi tibi eam ministrare pos-  
sum, quia esse ministratio cum manifesto Prælati præ-  
dictio, quam Pontifex in concessione generali nunquam cen-  
serit concedere. Et forte ob hanc causam Paul. I I I in priu-  
ilegio Societati concilio ministrandi Eucharistiam ea verba  
apposuit sine aliquo prauidicio. At idem est, si Religiosus  
vellet Ecclesiam parochiam adire, ibique inconsulto paro-  
cho Eucharistia ex hostiis in sacramento repositis ministrare.  
Hic enim modus ministrandi Eucharistiam non intelligi-  
tur concessus in generali concessione : est enim parochis of-  
fensiu, ut bene docet Suar. t. 4. de relig. tract. 10. lib. 9. cap. 3.  
num. 4.

11. Ad extreum nota ex priuilegio Iulij I I. Minimis con-  
cessio, non solum religiosi possunt Eucharistiam in suis Ec-  
clesias ministrare, sed ministrandi facultatem aliis concede-  
re. Habetur in supplement. Minor. concess. 14. & referatur in  
cpend. nostr. priuileg. verbo Eucharistia 8. 4. & non autem Aegid.  
q. 82. art. 3. circa finem. Suar. dicto cap. 3. num. 5. Quinimo non  
solum ex superioris licentia, sed etiam ex sacrificia, qui credi-  
tur superioris vices habere, possunt simplices sacerdotes in no-  
stris Ecclesiis quilibet Christi fidelibus Eucharistiam mi-  
nistrare, sicuti Societatis Religiosi. Sic alias relatis docuit  
Henr. cap. 55. in comment. litt. C. Eman. Sa. Eucharistian. 14.

## P V N C T V M X X.

De obligatione, quam sacerdotes habent mini-  
strandi Eucharistiam.

1. Omnes sacerdotes tenentur in articulo mortis Eucharistiam  
moventi ministrare: Parochus ex officio.

2. Ab hac obligatione non eximuntur parochii ob vita periculæ.

3. Quoties fideles rationabiliter petunt Eucharistiam, tenentur  
parochii ministrare.

4. Regulares ab hac obligatione eximuntur.

5. Omnibus damnatis ad mortem ministrare Eucharistia debet,

6. Quando ab hac obligatione iudices eximuntur.

7. Duo tempora ante mortem danda est in Eucharistia.

8. Qualiter indisponitus ad communionem Eucharistia mini-  
strari possit? Præmisitur disiunctio de peccatore publico  
& secreto.

9. Peccatori publico petenti Eucharistiam eo loco, quo publicus  
est, negari debet.

10. Si in diuerso loco perat, plures censem concedi debere.

11. Verius est oppositum, nisi intelligas emendatum esse.

12. Proponitur obiectio, quod declaratur qualiter confite de-  
bet aliquem communioni esse indisponitus, ut repellat  
debet.

13. Peccatori occulto publice petenti, Eucharistia concedi debet.

14. Proponitur obiectio, quod soluitur.

15. Non autem est differentia inter sacerdotem obligatum admi-  
nistrare, & inter eum, qui nullam habet obligationem.

16. Peccatori occulto sed probabiliter monitus sit, negari Eucha-  
ristia potest ex probabili sententia.

17. Peccatori occulto neque emendato, si Eucharistiam secreto  
petat, deneganda est.

18. Limitas Soto, ne procedas in paroche tempore obligationis,  
sed non admittitur limitatio.

19. Si ex confessione sacerdos indispositionem agnoscat, plures  
cent negari non posse Eucharistiam, etiam si nullus  
alio à sacerdote adiit negatione.

20. Verius

10. Verius est oppositum.
11. Leniter, & probabilitate suspectis negari non debet Eucharistia, bene tamen suspectis vehementer.
12. Limitare aliqui, ne procedat in articulo mortis. Ex qua limitatione nascitur graue dubium, an heretico qui ut negligens damnatur mortis, concedi possit Eucharistia.
13. Qualter in suspectis ad purgandam suspicionem concedi Eucharistia possit.

**C**onuenient ferè omnes Doctores quilibet sacerdotem sive sæcularem deficiente parocho obligatum esse in articulo mortis Eucharistiam morienti ministrare. Quia quilibet ex charitate tenetur proximo suo extremè indigenti subvenire, hoc salutari, efficacissimo, & forte necessarium salutis remedio. Parochus autem non solum ex charitate, sed etiam ex iustitia haec obligatione astringitur. Cui obligationi ut facias faciat non solum vocatus ministrare Eucharistiam morienti debet, sed etiam accurate inuestigare, an in sua parochia sint aliqui infirmi in periculo mortis constituti, quibus Eucharistia ministranda sit, sicuti colligitur ex cap. i. de celestis missar. & notauit Layman. lib. 5. sum tract. 4. cap. 5. num. 6.

2. Quod si ex ea administratione periculum vita parocho immineat, sicuti tempore pestis imminente solet, non obinde ab obligatione iustitiae parochus excusat, nisi adhuc alij sacerdotes, mediis quibus huic obligationi satisfacere possit, vt latè probauit tract. 6. de charit. disp. 1. pun. 9. cives finem. Reliqui vero sacerdotes, qui officio aut professione salutis proximorum incumbere non tenentur, ab obligatione ministrandi Eucharistiam cum periculo mortis excluantur, quia hoc sacramentum non est mortuorum simpliciter ad salutem necessarium, cum possit contritione salutem consequi, sicuti dixi loco proxime allegato.
3. Deinde obligantur parochi ex iustitia Eucharistiam suis oibus ministrare, non solum cum ex precepto obligantur communicare, sed etiam quoties spectata corum conditio, & reverentia sacramento debita, rationabiliter perierunt, quia iure perunt quod sibi validè vile est cui petitioni parochus obligatus est annuere. Non enim parochus tantum est constitutus, vt necessaria suis oibus ministret, sed et minister validè utilia, alias salutis ouium satis prouisum non esset. Sic Nauar. capite placuit de penitent. disp. 6. num. 15. Suar. disp. 7. f. 3. in princ. Bonac. disp. 4. quæst. 5. p. 1. num. 15. Fagund. de Eucharist. lib. 5. cap. 3. contra Richard. in 4. disp. 18. art. 2. quæst. 3. Sylvius. confessor. 1. f. 18. A. milia verbo absoluio nu. 27. Ioann. Med. cod. de confess. quæst. de confess. per curatos audienda, affectantes solum obligatos esse parochos penitentiam & Eucharistiam ministrare oibus, cum oves obligantur ea sacramenta suscipere.

4. Hunc tamen obligationi regulariter non tenentur parochi per se satisfacere, sufficit si oves remittant sacerdoti, qui sequuntur, & facilè eis Eucharistiam ministret. Quocirca cum ferè in omnibus locis Religiosi adhuc, qui ex devotione communicantur Eucharistiam ministrant, raro parochus obligari poterit per se Eucharistiam ministrare, sicuti notauit Bonac. Suar. Fagund. suprad.

Poista obligatione parochi ministrandi Eucharistiam, sufficiat explicandum, an sine aliqui casus, quibus à predicta obligatione excusatentur.

5. Primum est de dannatis ad mortem ob criminis perpetratam, an illi ministri Eucharistia debet, si humiliter petant. Confutudo olim fuit in Hispania, & Lusitania teste Coquart. lib. 2. var. cap. 1. n. 11. negandi Eucharistiam morte dannatis praetextu reverentie tanto sacramento debitum, & ne ipsi dannati infamem mortem indiciam impia sui occisione prævenirent. Sed hanc confutacionem ipso iuri, & Christiani pietati contraria merito abrogavit Pius V. in constit. speciali edita de hac res quamque approbavit Philipp. 11. Hispanian. Rex sua lege anno 1569. Etenim cù Eucharistia sis portus hominibus, vt magis afflictis, maioreisque peccatorum pondere graviatis, majorique in periculo constitutis nova odij, & impatiens peccata cōmitētis magis necessaria fit, nullatenus debebant priuari tanto beneficio, præcipue cum inde nulla irreuerentia sacramento fiat, neque morale periculum sit, quod dannati se occidant, alias non deberent unquam de morte imponendis moneri. Quapropter iudices tenentur reis tempus opportunum concedere, quo se possint ad penitentiam, & Eucharistiam suscipiendam præuenire. Neque illa confutacione contraria, qua corruptela est excusari possunt. Sicuti bene tradidit Henr. lib. 8. de Eucharist. cap. 5. num. 4. Nauar. cap. 25. num. 23. Pet. Nauar. lib. 2. cap. 1. num. 22.8. Suar. disp. 6. f. 3. Tolet. lib. 1. cap. 18. Paul. Layman. lib. 5. sum. tract. 4. cap. 6. quæst. 4. Bonac. disp. 4. quæst. 7. p. 1. num. 5. Eman. Saa. Eucharistia numer. 2. colliguntur aperte ex capite quæstum 13. quæst. 2. & ex Clement. cum secundum de penitent. & remiss. Qui textus esto solum de penitentia sacramento loquantur, communiter Doctores extendunt ad Eucharistiam sacramentum ex c. quod in te, de penitent. & remiss.

& Gloss. in dicta Clement. Quod adeo verum est, vt etiam relapsi hereticis communio deneganda non sit, sicuti dixi tract. de fide disp. 6. p. 1. num. 14. & ultra ibi relat. ibi docent Henriqu. lib. 8. c. 5. num. 4. Fagund. de Eucharist. 6. lib. 1. cap. 4. num. 3.

6. Ab hac obligatione concedendi tempus ad Eucharistiam suscipiendam excludunt iudices, si ex concessione timeatur graue damnum Republicæ, vel alij cū terro cœnatur, quod alia via quam celeri morte impediri non potest. Neque enim tenentur iudices bono spirituali non necessario no[n] concipere cum graui boni communis, vel innocens iactura. Sic ex aliis notat. Fagund. de Eucharist. lib. 1. cap. 4. num. 3. Quinimo alij nec improbabili excusat iudices ab hac Eucharistia concessione, si prudenter timeant eo tempore reum esse ab eorum potestate violenter eripiendum, nec impeditre possint. Expedite enim reipublicæ, ne rei impaniti receant, & reverentia sacramenti, ne eius occasione violentia, & iniustitia exerceantur. Raro tamen id præsumi potest. Illud vero existimo certum, si reo his concessum est tempus ad penitentiam & communionem opportunum, ipse vero illorum suscepionem malitiosè distulit vt mortem fugiat, vel differat, non esse obligatos iudices iterum opportunum tempus concedere, alias in potestate rei possumit est mortem evadere, iudiciumque potestas elideretur, & reipublicæ non leui derrimentum prouenire. Sic soror lib. 5. de iustit. quæst. 1. art. 2. Reginald. lib. 29. num. 71. Bonac. disp. 4. quæst. 7. pun. 1. num. 7.
7. Et si una hora ante mortem Eucharistia concedi reo possit, decet tamen vt pridie ante mortem concedatur, vel saltem quartu[m], vel sex horis ante Laymann. lib. 5. sum. tract. 4. cap. 6. quæst. 4. Saa. Eucharistia num. 2. Fagund. de Eucharist. lib. 1. cap. 4. num. 3.

8. Secundus casus est de iis, qui indispositi sunt ad Eucharistia suscepionem ob peccatum commissum, an possit eis sacramentum ministrare. Pro cuius solutione præmittendum est diuersusmodi tibi constare posse accidentem ad communionem indispositum esse. Primo publicè. Secundo secreto. Publicè tibi constat, si constet confessio ipsius in iudicio facta. Secundo si sententia condemnatoria lata fuerit. Tertio si criminis patratio nulla terguerlatione celari possit. Secredo constat, si constat ex notitia, quæ prædictam publicitatem non attingit. Deinde præmittendum est petitionem sacramenti publicum esse posse, vel secretam. Item eo in loco, in quo est publicum delictum, aut alio in quo est factum.

9. Si peccatum publicum sit iure, vel facto, & in eo peccator perseverat, petatque Eucharistiam eo in loco, quo publicè est, omnes Doctores affirmant te debere Eucharistiam negare, quia petens nec ius verum, neque apparente habet perendi. Quod adeo verum est, vt esto perat coram iis qui delictum ignorant, nullatenus concedi possit, quia absolutè petit quod sibi indebitum est, præcipue cum speretur brevi tempore coram ipsi delictum euilgandum, moraliter enim reputari debet sacramentum peritum coram scientibus delictum, siquidem brevi tempore presumuntur delictum scituri. Colligitur conclusio ex cap. multi. 2. quæst. 1. Cypriano Epiph. 61. Concil. Aurelian. cap. 5. & pluribus firmat Suar. disp. 6. 7. f. 2. 2. Vafq. disp. 209. Laymann. lib. 5. sum. tract. 4. cap. 6. qu. 3. & alij communiter. Adde supradicto peccatori Eucharistiam denegandam esse, quoque publicè constet emendatum esse, tametsi secretè emendatus sit, alias non vitabitur scandalum inquit suscepionis, & administrationis. Etenim cum ipse publicè petit Eucharistiam, publicè constare debet de recta illius dispositione, iuxta cap. 5. peccauerit 2. quæst. 1. Poteris tandem facile hoc scandalum vitare, si ex licentia penitentis affantes moneas de illius recta dispositione. Sic docent Nauar. cap. sacerdos disp. 6. de penitent. num. 21. Henr. lib. 8. exp. 56. num. 3. Saa. Eucharistia num. 17. Laymann. lib. 5. sum. tract. 4. cap. 6. q. 3.

10. Si autem peccator in peccato perseverans Eucharistiam petat eo loco, qui cius delictum euilgatum non est, nec præsumitur euilgandum, plures doctores constent te posse, & debere Eucharistiam concedere, ne ibi proximum bonam famam retinenter infames. Nam esto probare posse ex delicto alii commissi nec emendata esse penitentem indispositum, ut quoque id probes, non potes bonum commune Eucharistia illi denegare, & famam illius priuata tua autoritate laderes. Sic Vafq. disp. 209. cap. 2. cives finem. Fagund. de Eucharist. lib. 3. c. 10. num. 7. & seqq.

11. At verius credo te posse Eucharistiam negare. Nam esto ex charitate tenearis alibi infamem denudò non infamare absque causa rationabili. At rationabili causa urgente, qualis est vitare malam sacramenti suscepionem nequaque tenebris fama proximi prospicere, præcipue cum ipse absque vilo iure seingerat communioni, & periculo infamantis exposuerit. Quinimo existimo non solù te posse, sed debere Eucharistiam sic penitenti negare. Quia ex obligatione teneris sacramenti irreverentiam vitare cum commode potes, alias non posses

scis fideli dispensator. Sed non obstante infamatio proximi eo loco potes Eucharistiam illi denegare, quia alibi notorium est esse indispositum. Ergo teneris. Et ita sustinet Suar. *diss. 6. s. 4. cap. 4. in fine*

Vetus si probabiliter presumere potes peccatorem emendatum esse, ut ferre semper teneris presumere, cum tibi contrarium non constat, sine dubio obligatus es ei Eucharistiam concedere; quia ex ea concessione neque scandalum etiam latè sumptum sequi potest, cum suscipiens Eucharistiam bene eo loci audiat, neque sacramenta irreverentiam viliam interrogas, cum prudenter credas ritè dispositio concedere. Sic Valqu. *dispu. 209. chap. 2. Fagund. de Eucharist. ib. 3. chap. 10. num. 7.*

Sed hinc oritur non leue dubium practicum, rard, vel nuncquam peccatori publicè petenti Eucharistiam etiam eo loco, quo publicus peccator est, denegandam esse. Nam est ure, vel facto publicus peccator exititer, potest peccati penituisse, si que videtur obligatus praemunere, cum Eucharistiam publicè petet. Etenim ab Eucharistia nemo repellit potest, nisi ob peccatum nondum odio habitum, vel ob excommunicationem à qua non sit absolvitus, vel ob praeceptum superiorum communionem interdicentes. At hac omnia impedita te incio sublata esse postur; si que presumendum videtur ex eo quod publicè Eucharistia postulatur. Ergo raro quempiam repellere à communione poteris.

Ob hanc obiectionem existimat summa prudenter opus esse in repellendo peccatore à publica communione. Sed ab hac prudenter alienum non est, sed potius omnino debitum quod moratib[us] tibi confiteri faciasque alii confitare petentem Eucharistiam à peccato destituisse, resquie dispositio esse ad il[i] s[ic] susceptionem. Nam cum peccatum notum tibi aliquis fit, expedit, omnino & tibi, & aliis recusum ab eo notum esse. Ex sola autem Eu[charis]tia petitione (sufficienter hic recessus presumi non potest). Debet ergo tibi aliunde constare scilicet testimonio confessoris, vel Prelati absolucionis, tollentis que impedimentum, si ab eo possum est. Neque suscepimus Eucharistiam conqueri potest, quod ab eo hoc testimonium sua recte dispositionis exigas. Quod maximè verum habet in peccatore publico per modum status, qualis est metrrix, visurarius, histrio, turpes comedens, exercens, secus modestas ad populi recreationem. H[oc] enim Eucharistiam petentes testimonium ponentia præstare debent a sacerdoti, & aliis. Idemque testimonium præstare debet excommunicatus denuntiatus, qui cum scandalio populi in excommunicatione perficit. Qui vero homicidium, adulterium, aliudve delictum perpetravit, si alias Christianè procedebat, communio cedi potest eo folium quod communionem fibi dari publicè petat, quia prudenter presumi potest dignè ad communionem accessurus.

13. Si vero peccator occultus fit, neque emendatus, & Eucharistiam petat publicè concedi potest, secus si secreto petat. Est conclusio ab omnibus recepta cum D. Thom. q. 80. art. 6. Prima pars habet expressè cap. si ratiōnē, cap. placuit 6. quæst. 2. q. 6. ac r[atiōne] d[icitu]r o[ste]rō de officio ordinari. Ratio est quia presumi non potest Christum, velle Eucharistie ministracionem in graue detrimentum suscipiens cedere, cum in fideliūm fauorem fuerit instituta. At si occulto peccatori publicè Eucharistia negaretur, cederet in graue illus detrimentum, si quidem in negatione secretum illius peccatum manifestaretur. Non igitur credendum est Christi voluntatem, eam est. Præterea occultus peccator, & publicè iustus publicè probatur dignus Eucharistia. At in publica bonorum communium distributione iniustum est repellere vt indignum, qui vt dignus publicè probatus est. Ergo iniustum est publicè negare Eucharistiam tanquam indigno peccatori occulto, & publicè iusto. Notanter dixi iniustum esse negare Eucharistiam publicè, peccatori occulto tanquam indigno. Nam si alia via negare Eucharistiam potes scilicet confundendo hostias consecratas antequam ad peccatorem peruenires, illumque simul cum aliis abique communione relinquendo, sine dubio id facere posse, & deberes; quia illa non est publica, & infamis repulsa, sed præterito, & prudens quedam ministracionis omisso.

14. Quod si obicias illicitum esse concedere Eucharistiam peccatori, quem secreto evidenter scis eam tuncire velle ad conculationem, vel viuum magicae artis, ergo neque licebit concedere, vt sumat, cum eius corpus, & anima Deo sine odibili. Respondeo 'negando' confitentiam, nam dispensatio sacramenti ad concule tionem, ve viuum magicae artis, aliena est ab institutione huius sacramenti. Neque est dispensatio communis, & nomine Christi, sed initia distributio, & nomine distributio facta, ac proinde honestari non potest ex sola publica suscipientis dignitate cognita illius secreta malitia. Bene tamen dispositio publica sacramenti in cibum, & potum suscipientis honestari potest ex publica suscipientis dignitate, quia est dispensatio communis, & propria huius sacramenti, & nomine Christi facta. Et hinc solvitur argumentum, quare non

possit concedere ensem apud te depositum ei, quem scis petere ad se, vel alium occidentum, tametsi publicè petat, potes tamen concedere Eucharistiam in cibum, & potum: quia ensis concessio non est dispositio communis, & publica, que publica tantum suscipientis dignitate honestatur, sed est quædam dispositio priuata, ac proinde ex priuata notitia indignitatibus suscipientis regulari debet. At Eucharistia dispositio publica, est publica illius administratione, nomine Christi facta, ideoque ex publica suscipientis dignitate, vel indignitate licitus, vel illicitus illius vius disfundens est. 15. Notanda tamen est differentia inter sacerdotem obligatum administrare Eucharistiam, & inter illum qui hius administrationem nullam habet obligationem. Si enim secretus peccator, neque emendatus petat à te Eucharistia administrationem, cum nullam obligationem administrandi habeas, negare poteris, quia illa non est negotio publica, sed priuata, & debita, neque reputari potest indigna repulsa, sed liberalis cuiusdam administrationis omisso. Secus si cum petat, obligationem habes ministrandi, & publicè petit, publicè repellere non potes. Ex quo sit, si peccator occultus a te, qui parochus non es, administrationem Eucharistia publicè petat extra casum extrema necessitatis, antequam in altari existas ad sacramenti administrationem expositus, posse, & debere ei Eucharistia negare, quia vt persona priuata negas, & non vt publica, siquidem non es ab Ecclesiæ actu constitutus publicus Eucharistia dispensator. Secus effet dicendum, si in altari ad dispositandum espositus, quia eo causa iam ab Ecclesia es dispensator publicè constitutus, ac proinde nemini vt indigno negare publicè Eucharistiam potes, qui publicè non probetur indignus. Et id est si parochus es, & peccator Eucharistiam publicè petere tempore quo alias obligatus es ministrare, negare nullatenus potes, quia negares vt indigno Eucharistiam qui publicè dignus probatus es. Suar. *diss. 67. s. 4.*

16. Placet tamen aduertere improbatum non esse quod Henr. lib. 8. cap. 57. num. 2. peccatorem, cuius indispositione ad sacramentum probari testibus potest, ab Eucharistia susceptione repellere posse, tametsi publicè petat dummodo prius monitus, si secreto, & recedere non velit, quia cum iuste possit accusari & denunciari, & in e[st]eriori foro de criminis conuinci, non videtur ei interrogari injurya anticipata illa negatione, cui ipse causam dedit. Etenim illa negatio non est iudicialis Eucharistia priuatio, sed charitativa ministratio suspensio, & Eucharistie defensio, & custodia, quoque suscipientis dignitas examinatur.

17. Secunda pars conclusionis scilicet peccatori occulto, neque emendato, si secreto Eucharistiam petat denegandam est, facile probatur: quia sacerdos ex officio tenetur vitare quamlibet Eucharistiam iruerentiam, & prauam illius susceptionem, si id facere possit absque graui damno proprio, vel alterius. At si peccator Eucharistiam secreto petat nulla ei interrogatur injurya, si denegatur, nullumve scandalum sequitur, siquidem ab omnibus in quorum conspectu denegatur, indispositus esse cognoscitur. Ergo. Quod si ex tribus ibi astantibus vnu[rum] tuum est ignarus indispositionis, non obviende Eucharistia ministranda est, quia scandalum quod ex tali administratione scientibus proueniret, preponderat infamia, que sequi potest apud ignarum. Neque infamatio apud vnum tantæ consideracionis est ignorare, inquit Henr. lib. 8. c. 59. n. 1. in fine, vt valeat honestare administrationem sacramenti peccatori factam. Ut hanc tamen negationem sacerdos præstare posse, debet certò cognoscere suscipientis indispositionem, vel ex ipsius confessione, vel ex visu, vel ex aliorum testimonio manifesto alias grauissime peccabit repellendo vt indignum à communione, quem indignum esse ignorat.

18. Hanc tamen doctrinam limitat Soto in 4. diss. 12. q. 1. a. 6. ne procedat in parocco, cum tempore præcepti, vel extrema necessitate peccator occultus ab eo Eucharistiam petat, quia petere quod parochus obligatus est ministrare ex officio, cuiusque suscipientis ipse probatus non est indicitus. Sed haec limitatio nullatenus admittenda est, sicuti neque eam admittente communiter Doctores, teste Vsq. *diss. 109. cap. 5. a num. 49.* Etenim secreta denegatio Eucharistie a parocco facta non est occulti peccatoris iudicialis punio, que culpan iuridice probata non requirit, sed est quedam denegatio præmissa, quod est peccatori indebitum, & quedam fraterna correctio ex obligatione proprii munieris, ad quam faciemdam sola notitia certa indispositionis requiritur.

19. Sed quid si sacerdos crimen nondum emendatum ex sola confessione agnoverit? Plures & fatis probabiliter confessi Eucharistiam concedi debere, nec negari posse, tametsi nullum adhuc infamatio[n] periculum. Quia illa negatio vix excusari potest à tacita criminis exprobratione, & signilli violatione, qua sacramentum peccantibus odiosum redditur. Sic docent Palud. i. 4. diss. 9. quæst. 4. & 1. o[mn]i. 1. 3. Siluest. *Eucharistia 3. quæst. 5. Nauarr. cap. 21. n. 55. Valen. r. 4. diss. 6. quæst. 8. pun. 3. Agd. de Coninch. q. 80. art. 6. Sancius lib. 2. de matri.* *diss. 36.*

disp. 36. num. 14. Fagund. de Euchar. lib. 3. cap. 10. num. 23. Laym. lib. 5. sum. tract. 4. cap. 6. q. 3. conclus. 2. & iii.

20. Nihilominus verius censcio negari supradicto peccatori Eucharistiam posse. Sic pluribus relati Vsq. disp. 209. cap. 5. fine. Suar. disp. 67. sect. 3. Moreo; quia talis denegatio non est infamatio penitentis, siquidem nullus alius suspicari potest negarum est. Eucharistiam ob malam suspicentis dispositionem, quia nullus alius propter sacerdotem, & suspicentem praesens est tali denegationi, ut suppono. Neque ea denegatio vilam peccatori irrogat iniuriam, quia ipse nullum habet ius petendi Eucharistiam, cum non habeat gratiam. Neque denique est exprobatio peccati, aut sigilli violatio, sed quodam actio orta ex scientia habita per confessionem, cum scientia vii licetum est ad proprias actiones moderandas, cum nullum adest sigilli violationis periculum. Quid hoc exemplo declaro: si enim cognosceres ex confessione peccatorum Eucharistiam petere ad illam concilendam, sine dubio eam illi negare posset. Item si cognosceres ensem à te petere, ut te interficiat, non es obligatus illi concedere, quia horum denegatio non est peccati obligatio, aut reuelatio, sed prudens sacramenti, & propriæ vitæ defensio. Ergo denegatio Eucharistiae ob indispositionem in confessione cognitam non est sigilli violatio, alias neque ob vitandam mortem, neque ob aliud quodunque malum licita esse posset.

21. Tertius calix est de his, qui criminis suspicione laborant, an illi concedi possit, & debeat Eucharistia, si perant. Pro cuius solutione premiti debet ex Glossa in cap. dixit Dominus. 12. 9. 1. verbo suspicio, & ex his que diximus tract. 4. de fide disp. 7. pun. 1. triplicem esse suspicionem, leuem, grauem, & violentam. Lewis suspicion secundum omnium sententiam communionem concedere non impedit, quia ob levia indicia delicti nemini sunt neganda bona debita. Gravis suspicion, quæ ex gravibus indiciis nascitur, aliqui videri posset impedit ne communio concedatur, ob periculum ne sacramentum indigno concedatur. Verum hoc periculum ministranti imputari non potest, cum non possit negare Eucharistiam ex indispositione suspicentis probabiliter tantum cognita. Etenim quilibet fidelis ius habet, ut sibi Eucharistia concedatur, à qua concedenda repelli non potest, quin illius suspicione probetur indignus. At ex indiciis, quæ granum suspicionem generant, sufficiunt indignitas non probatur, possunt enim falsò subesse, vixque probabilitatem inducere, non certitudinem. Quocirca sola suspicio vehemens, & violenta, quia moralem delicti certitudinem constituit, à communione concedenda impedit: impedit namque à communione publicè, & secretè concedenda, si suspicio publica sit, à communione vero secretè concedenda impedit secreta suspicio. sic ex communione sententia Henr. lib. 8. cap. 5. n. 5. Suar. disp. 67. sect. 6. circa finem. Vsq. disp. 209. cap. 5. fine. Laym. lib. 5. sum. tract. 4. c. 6. q. 3. vers. Add. 3. Fagund. de Euchar. lib. 3. cap. 10. n. 29.

22. Limitat tamen Henr. Suar. & Fagund. ne procedat in articulo mortis, in quo si violenter suspectus de crimine signa contritionis ostenderit, à sacramenti suspicione repellere debet, tametsi (ut inquit Suar. & Fagund.) delictum non confiteatur, quia signa contritionis in eo articulo suspicionem violentiam eruerant. Ex quo doctrina forte inferret aliquis, hæretico negativo concedendam esse Eucharistiam in articulo mortis, si signa contritionis dederit, tametsi delictum non fateatur. Quia ob solam vehementem suspicionem impenitentie damnatur. Etenim cum neget delictum plenè probatum, suspicionem violentiam gignit ab eo nolle recedere. At suspicionem violentiam gignit ab eo nolle recedere. Monet ramen Suar. dicta disp. 67. sect. 6. in med. prædictam purgationem suspicione Eucharistiae illicitam non esse, si ex libera cuiusque voluntate assumatur; quia sic assumpta non est extra viam, præcipue cum Gregor. VI. I. coram Henrico IV. (ut refert Lambertus in his storia rerum Germania) in probationem sua innocentia Eucharistiam suscepit, initia utique Henicum, ut faceret, qui aulus non est vehementem suspicionem de illo habitam hoc tam diuino, & alto sacramento purgare.

terea continget sapè sic morti damnatum ob negationem hæresis probatae nullum in tali negatione peccatum committere, quia immunis est à delicto falsis testibus comprobato, vel quia ex aliqua probabili causa presumit se esse excusatum à veritate manifestanda. Ne igitur sic dominatus absque Eucharistia moriatur, concedi omnibus debet.

In contrarium (vt credo) est consuetudo, forte quia signa contritionis presumptionem violentiam impenitentia non existimant minorem, dum delictum negatur, siquidem illis signis non obstantibus reus morti damnatur. Stante autem presumptione violenta delicti, omnes Doctores firmant Eucharistiam concedendam non esse. Ergo his hæreticis negari, ut merito Eucharistia negatur. Decisionem censoribus fidei remitto. Est enim casus examinatione, & consideratione dignus.

23. Tandem inquires, an Eucharistia dari possit iis suspectis ad purgandam suspicionem? Quia in re est certum, si ea intentione deretur Eucharistia, ut Deus sua omnipotencia extra naturam ordinem innocentiam suspicentis manifeste, omnino illicitum esse, quia est Dei manifesta tentatio, ut constat ex D. Thom. ab omnibus recepto 2. 2. quæf. 97. art. 1. ideoque purgatio, quæ per ferum candens, & aquam feruentem aliquando fuit in usu, merito abrogata est in cap. vlt. purgat. vult. vult. cap. ex tuarum, & alia de purgat. canon. & cap. consoluisisti. cap. Mennam. cap. sep̄ contingit. 2. quæf. 5. & tradit. D. Thom. & ibi eius expositores q. 80. art. 6. Verum si iis suspectis Eucharistia concedatur, ut illius suspicione tanquam quadam iuramento aliquo modo suspicionem purgent, & veritatem declarent, ex se illicitum non est, est tamen illicitum spectare coniunctudine à iure approbar. Prior doctrina pars ex se manifeste liquet. Quæ enim malitia esse potest, quod à suspectis de crimen exigatur sumptio Eucharistiae, scilicet exigitur iuramentum? Non enim in hac suspicione est aliqua tentatio, tametsi suspicione Eucharistiae mortem subitanam sibi impetratur, si male sumperferit, scilicet non est tentatio, quod iurare sibi mortem subitanam impetratur, si veritatem non dixerit. Sed in vitroque casu est quoddam exercitorum iuramentum. Et sicut cum iuramentum exigitur à suspecto de crimen, non praefumitur falso iuraturum, sic cum exigatur Eucharistia sumptio, non praefumitur male sumperatum, sed potius à suspicione Eucharistiae cessatum. Ergo purgatio per Eucharistia suspicionem ex se illicita non est: ideoque in concil. VVormaciensi can. 10. relato in cap. si Episcopo, 2. q. 5. & in can. 15. relato cap. sep̄ eadem causa, & quæf. purgatio per Eucharistia suspicionem approbat. Quia si ex se illicita esset, nullatenus à concilio approbaretur. Nam licet illud Concilium generale non fuerit, sed provinciale, non est credendum in re tam grauierratum.

Quod vero consuetudine approbata à iure purgatio per Eucharistia suspicionem illicita sit, probatur efficaciter ex cap. ex tuarum de purgat. canon. ibi enim purgatio per aquam frigidam est insufficiens reputata, quia peregrina erat, & extra viam, & inquit textus peregrina iustitia lunt inhibita. At purgatio per Eucharistia suspicionem in defucundinam venit ob gravi inconvenientia, quæ inde sequi poterant. Ergo ex supradicto textu hæc purgatio vix peregrina inhibita centur, & consequenter illicita. Ex quo si grauite maritos, Prelatos, & indices peccatores, qui ad purgandam suspicionem vxorum, subditorum, & litigantium, suspicione Eucharistiae vntur, & in his conueniente Doctores cum D. Thom. q. 80. art. 6. & tradit optimè Vsq. disp. 210. c. 3. Suar. disp. 67. sect. 6. Henr. cap. 56.

Monet ramen Suar. dicta disp. 67. sect. 6. in med. prædictam purgationem suspicione Eucharistiae illicitam non esse, si ex libera cuiusque voluntate assumatur; quia sic assumpta non est extra viam, præcipue cum Gregor. VI. I. coram Henrico IV. (ut refert Lambertus in his storia rerum Germania) in probationem sua innocentia Eucharistiam suscepit, initia utique Henicum, ut faceret, qui aulus non est vehementem suspicionem de illo habitam hoc tam diuino, & alto sacramento purgare.